

*Aurelius to Damasus I*

EPISTOLA AURELII CARTHAGINENSIS EPISCOPI AD DAMASUM PAPAM 2v

Beatissimo papae Damaso Aurelius Carthaginensis episcopus.

5 Gloriam apostolicae sedis et vestrae sublimitatis gratiam nostra humilitas  
exorat, ut statuta, quae repperire poteritis, post finem beati principis apostolorum  
Petri usque ad vestrae sanctitatis principium iuxta apostolicae sedis auctoritatem,  
quam cognovimus per vestrae sapientiae sanctitatem gubernari, nobis scripta  
mittere dignemini, quatenus per vestrae sanctitatis nobilitatem atque prudentiam  
10 nosse valeamus, quae in praefata sancta sede supradictis temporibus sunt decreta,  
et qui adversa canonum apostolorum instituta gesserunt cognoscatur.

Bene vale, sanctissime papa, et ora pro nobis, amantissime pater.

Data VIII Kal. Martii et lecta Romae V Non. Maii.